



VALLET
PRÆLECTIONES
PHILOSOPHICÆ

1

B69

V3

v. 1

009733



1080014354

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

HE

PRÆLECTIONES
PHILOSOPHICÆ



DU MÊME AUTEUR

Histoire de la Philosophie. Un volume in-12, 5^e édition.
Prix : 4 fr.

L'Idée du Beau dans la Philosophie de S. Thomas. Un
volume in-12, 2^e édition, Prix : 2 fr. 50.

La Tête et le Cœur, étude physiologique, psychologique et
morale. Un volume in-12, 2^e édition. Prix : 2 fr. 50.

Le Kantisme et le Positivisme, étude sur les fondements de
la connaissance humaine. Un vol. in-12. Prix : 2 fr. 50.

La Vie et l'Hérédité. Prix : 3 fr.

Ex typis Firmini Didot et Soc. — Mesnili ad Stratam.

PRÆLECTIONES
PHILOSOPHICÆ

AD MENTEM

S. THOMÆ AQUINATIS
DOCTORIS ANGELICI

AUCTORE

P. VALLET, P. S.-S.

Philosophie quondam professore in seminario Issiaciensi.

OCTAVA EDITIO, STUDIOSE RECOGNITA

TOMUS PRIMUS

LOGICA ET ANTHROPOLOGIA

« Logica videtur esse ars artium, quia in actu
« rationis nos dirigit, a quo omnes artes proce-
« dunt. » (S. THOMAS, in I Poster., lect. 1.)

« Ex corpore et animâ dicitur esse homo, sicut
« ex duabus rebus quædam tertia res constituta
« quæ neutra illarum est. »

(S. THOMAS, *De ente et essentia*, c. 3.)



PARISIIS

APUD A. ROGER ET F. CHERNOVIZ, EDITORES

Via vulgo dicta Grands-Augustins, 7

1899

(Droits réservés)

46186

B69

v3

v.1



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

DOCTORI ANGELICO

SCHOLARUM CATHOLICARUM PATRONO

Tibi, Angelice Doctor, opusculum hoc oblatum et dicatum volo, in reverentis, amantis et gratissimi animi significationem.

Tua enim dilucida et constans philosophia, quam discere licuit et docere, inter ardua quaestionum et opinionum incerta, clarum lumen menti meae praetulit. Quamobrem liber iste plenus est sermonibus tuis et praecipis.

Unum hoc te jam rogo, veritatis et sapientiae Doctor, ut studium illud philosophiae tuae, cui maximam gratiam debeo, in aliorum quoque mente is liber suscitet.

009733

LETTRE

DE

MONSIEUR L'ÉVÊQUE DE RODEZ

Rodez, le 25 octobre 1879.

Mon cher Monsieur VALLET,

Je vous remercie bien de m'avoir fait adresser votre ouvrage de philosophie, que j'allais du reste acheter, quand votre charité a bien voulu me mettre parmi ses obligés.

Je l'ai fait adopter au séminaire de Rodez, où la forme sèche, concise et quelquefois obscure de Sanseverino n'était pas toujours facile à saisir par nos jeunes clercs. Grâce à vous, maintenant, la philosophie de S. Thomas, que recommande tant le grand Pape qui gouverne l'Église, sera plus accessible aux esprits et présentera un plus grand attrait pour l'étude.

Je me suis donné moi-même le plaisir de parcourir votre livre, et je puis dire qu'il m'a été non seulement très agréable à lire, mais aussi très utile pour mon instruction.

Ces grandes discussions de la scolastique, dont se sont tant moqués les philosophes qui voulaient échapper à sa logique et à ses rigoureuses conclusions, ont trouvé en vous un expositeur clair et facile, qui l'a presque rendue attrayante, et toutes ces questions ont pris sous votre main l'importance souveraine qu'elles ont au fond, et dont on ne peut pas les dépouiller.

On peut rire des universaux, des catégories et des autres questions qu'on avait reléguées, faute de les comprendre et de pouvoir les comprendre, dans ce qu'on appelait le vieil arsenal du moyen âge.

Ces questions portent le monde de la vérité et des esprits, et c'est faute de les bien concevoir et de les bien appliquer que le monde actuel périclète. Le bavardage et le sophisme nous étouffent. La vraie philosophie peut seule nous ramener au droit chemin, et rectifier les mille erreurs qui ont troublé toutes les intelligences et gâté tous les cœurs.

Je vous prie d'agréer, cher Monsieur le Directeur, l'assurance de mes sentiments les plus dévoués en Notre-Seigneur.

† ERNEST, *Évêque de Rodez.*

LITTERÆ SCRIPTÆ

AD AUCTOREM

NOMINE SS. PONTIFICIS LEONIS XIII

ADMODUM REVERENDE DOMINE,

R^{mus} D^{nus} Procurator Congregationis Presbyterorum S. Sulpitii nomine tuo obtulit SS^{mo} D^{no} N^{ro} LEONI PP. XIII PRÆLECTIONES PHILOSOPHICAS, te auctore editas, quas Sanctitas sua grato libentique animo exceperit.

Placuit enim Beatissimo eidem Patri tua erga S. Thomam addictissima voluntas, quâ, sicut et alii non pauci, in magisterii munere quo perfungeris, illius philosophiæ firmiter ducis adhærendum, necnon certa quæ tibi insidet persuasio nullam aliam doctrinam eâ veriore esse aut opportuniorem, tum consideratis absolutè Doctoris Angelici philosophicis dogmatibus, tum etiam cum recentioribus systematibus comparatis.

Sanctitas autem sua spem fovet fore ut tot illustrium virorum conjuncta studia maximè conferant christianæ philosophiæ instaurationi, atque optimæ juventutis institutioni, illius præsertim quæ in seminariis degens, in spem Ecclesiæ succrescit, quæque scholasticæ philosophiæ doctrinis necesse est maturè et altè imbuatur, etiam ut theologorum studiorum curriculo utiliter conficiendo par existat.

Proinde SS^{mas} D^{nos}, dum tibi gratulatur quòd ingenii tui vires in scientiarum bonum tam diligenter naviterque contuleris, uberes tuis laboribus fructus ex animo precatur, atque in peculiaris benevolentiae testimonium, Apostolicam benedictionem tibi amanter impertitus est.

Hæc dum tibi significare gaudeo, oblatâ occasione libenter utur ut existimationis meæ sensus tibi tester meque profitear,

Adm. R^{de} D^{ne},

Tuum addictissimum servum,

G. BOCCALI.

Romæ, 12 julii 1879.

CATHOLIC UNIVERSITY

WASHINGTON

D. C.

10 jun. 1893.

REVERENDISSIME ET PERILLUSTRIS PROFESSOR,

Quam læto animo acceperim opera quæ Rev. tua dignata est mihi dono mittere, satis exprimere nequeo.

Inter Delegationis officia et minus læta opera, id mihi præcipuo solatio fuit passim legere et meditari quæ tam exactè, dilucidè et eruditè iis libris consignasti, quos arbitror effecturos magnam utilitatem legentibus qui veri nominis doctrinam et sinceram eruditionem fictis errorum fabulis præferunt.

Cœlites deprecor ut tua salus et ingenii vis ad plurimos ducatur annos, pro decore congregationis tuæ et pro totius Ecclesiæ catholicæ bono, ad eruditionem incipientium et ad provehendam quoque eruditorum intelligentiam.

Me habeas existimatione erga te plurimâ ac benevolentia addictissimum.

FR. AR. SATOLLI,

Deleg. Apost. Amer.

PRÆLECTIONES
PHILOSOPHICÆ

PROOEMIUM

Longè ante litteras encyclicas *Æterni Patris*, quibus SS. Pontifex Leo XIII philosophiam D. Thomæ catholicis omnibus scholis tenendam vehementer commendat, ea nobis firma erat opinio nullam aliam eâ veriolem esse hodieque opportuniorem. At ex eo tempore persuasio nostra firmior evasit atque certior. Porrò ad hanc sententiam adducti sumus, tum consideratis *absolutè* Doctoris Angelici philosophicis dogmatibus, tum etiam cum recentioribus systematibus *comparatis*.

§ I. *Declarantur præcipuæ sinceræ philosophiæ dotes.*

Philosophia veri nominis, quatuor potissimum dotes præ se ferat oportet. Debet nempe præ se ferre concordiam revelationis et rationis, traditionis et critices, sensuum et intellectûs, sensûs communis et metaphysicæ; quæ paulò fusiùs sunt exponenda.

I. *Oportet ut theologiæ sacræ subjiciatur.*

Sanè suæ sunt rationi vires ac partes, suumque spatium, in quo jure versari potest; at potest etiam falli, et sæpe fallitur, experiëntiâ teste.

Philosophia igitur oculos convertere debet ad veritatem *revelatam*, cujus est interpret Ecclesia catholica, ne in errorem decidat, et si erraverit, ab errore recedere, statim momento Ecclesiâ. Quamobrem falsò *absolutam autonomiam* sibi